

C O N C I L I I C O N S T A N T I E N S I S

mis & marchionatu Morauiae vacantis pro præsenti, & legitime administratioœ ca- D
rēis per obitum bonæ memorie Vencelai patriarche Antiocheni, q̄ autoritate apo-
stolica quoad uiueret, eam habebat in cōmendam in fauorem fidei, & ut necessitati &
utilitati ipsius ecclesiæ occurratur, uenerabili fratri Ioanni episcopo Luomusieni, us-
que ad electionem futuri summi pontificis Romani, & ex post ad tres menses imme-
diata sequentes, mandans & committens uenerabili fratri Ioanni episcopo Ostiensi
fanctæ Romanæ ecclesiæ cardinali & vicecancellario literas super hoc opportunas in
forma debita & gratis de mandato expedire. Et post hæc de mandato concilij prædie-
ci sicut responsum per dominos ad hoc deputatos, uidelicet reuerendos patres domi-
nos Antonium episcopum Concordiensem pro Italica, Ioannem protonotarium de
Trembleyo pro Gallicana, Gundissalum de sancta Maria pro Hispanica, Partritium
episcopum Carthagensem pro Anglicana, Nicolaum episcopum Merseburgensem
pro Germanica nationibus, & Ioannem episcopum Ostiensem cardinalem Viuarien-
sem nomine cardinalium per uerbum placet.

S E S S I O V I G E S I M A S E X T A P R O
unione ambasatorum regis Navarræ.

E

al. Aut

DIE iouis vicesimaquarta mensis Decembri, fuit sessio generalis in maiori
ecclesiæ Constantiensi solenniter celebrata, in qua fuit facta unio ad sacrum
Constantiense concilium nomine illusterrimi principis domini Caroli te-
gis Navarrae per suos solemnes ambasatores, uidelicet Guillermum Ar-
noldi Baionensem, & Nicolaum Aquensem episcopos, Eximium Ayner canonicum
& archidiaconum in ecclesia Pamplonæ, in sacra pagina magistrum, & Ioannem de
Letoua legum doctorem. Fuit autem in hac unione seruatus idem modus & ordo, qui
in unione oratorum regis Aragonum. Antequam vero supra nominati regis fieret
dicta unio & incorporatio, reuerendus pater dominus Franciscus episcopus Areti-
nius legit quandam schedulam certorum ordinationis & decreti. Cuius tenor de uer-
bo ad uerbum sequitur talis.

¶ Decretum de non derogando iuri alicuius nationis de prioritate uotoꝝ.

Sacrosancta generalis Constantiensis synodus in spiritu sancto legitime congrega-
ta, pro bono ecclesiastice & unionis, pacis & concordiae nationum, ex certa scientia de-
clarat, statuit, ordinat & decernit, q̄ laluis semper honoribus, locis, prærogatiis &
excellentijs secundum morem laudabilem & consuetudinem Romanæ ecclesiæ ma-
tris omnium Christi fidelium, ab antiquis debitib⁹ & cōsuetis regibus singulis & prin-
cipibus orthodoxis, & eorum ambasatoribus & nuncis, tam in præfentia summi pon-
tificis, q̄ alibi etiam in hoc præsenti & alijs quibuscumq; concilij generalibus, ratio-
ne ordinis in hoc facio concilio obseruati haec tenus, uel in posterum obseruandi inter-
nationes sive in respondendo, sive in scribendo aut sigillando, uel alias per quascun-
que scripturas, sigillationes, protestationes seu collationes aut aliqua huiusmodi ge-
sta ab ipsis aut eorum præsidentibus, communiter uel diuifim in ipso sacro concilio si-
ue alias in cōgregationibus generalibus sive specialibus, seu locis alijs quibuscumq; &
qualitercumq;, nihil omnino excellentia seu præminentia aut cuiuscunque alterius
iuris, proprietatis aut possessionis, uel quasi alicui nationi per præmissa uel aliquod
eorum acquiratur, seu acquisitum sit, seu quoquis modo accrefcat, seu acreuuisse cense-
atur circa prioritatem uel posterioritatē, aut alias circa præmissa illaꝝ phibet in fu-
turum ad præmissa aut præmissorum aliquod quomodolibet allegari. Et insuper ex
superabundanti cautela & ex certa scientia eadem sacrosancta synodus omnia & singu-
la, ex quibuscumq; qualitercumq; quoniodocūq; & ubicumq; in pīmissis habita sive ge-
sta aliqua, per quæ possit aliqua prioritas uel posterioritas inter nationes easdem quo-
modolibet argui uel notari, omnino p̄ infectis habens, quātum ad effectū huiusmo-
di